De Aristoxeni Peri tes Hērophilou haireseōs libro tertio decimo ...

Hermann Schöne

Google

DE ARISTOXENI ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΗΡΟΦΙΛΟΥ ΑΙΡΕΣΕΩΣ LIBRO TERTIO DECIMO A GALENO ADHIBITO

DISSERTATIO PHILOLOGA QVAM AD SVMMOS
IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS
AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA
GVILELMIA RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI
TRADITAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE XVI MENSIS IVNII ANNI MDCCCXCIII
HORA XI PVBLICE DEFENDET SCRIPTOR

HERMANNVS SCHOENE
BEROLINENSIS.

ADVERSARII ERVNT
CHRISTIANVS BOEHM
LVDOVICVS ZIEHEN
AEMILIVS KRVEGER

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.

MDCCCXCIII

FRANCISCO BVECHELER

ANTONIO ELTER

HERMANNO VSENER

Commentabor de Galeni libro quarto περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν eo maxime consilio, ut doxographi cuiusdam medici per illum librum adhibiti vestigia commonstrem, reliquias concinnem, rationem patefaciam atque illustrem. Nam posteaquam Menoneae de placitis medicorum scriptionis memoria e papyro quadam musei Britannici nuper resuscitata est, idem illud litterarum genus etiam ad posteriorum temporum medicos propagatum ab eisque novo more excultum uno certe eoque in tanta iactura luculentissimo exemplo iuvabit cognoscere.

Liber περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν quartus totus versatur in demonstrandis et perstringendis medicorum pulsum definientium argutiis. Dividitur autem in partes duas, quarum ut consilium idem est et argumentum, ita tractandi argumenti ratio plane diversa. Priore enim in parte quae possunt fieri pulsus definitiones, ut breviter dicam, ita enumerantur, ut alia ex alia fiat adiectione, auctores fere non curantur; contra in altera parte definitiones a certis quibusdam medicis prolatae secundum sectas recensentur. Sed ut planius perspici possit, quae cuiusque partis propria ratio sit, de utraque dicendum est explicatius [1]).

T. VIII p. 699, 8 Kuehn. leguntur haec: τὸν . . . σφυγμὸν κίνησιν ἀρτηριῶν ὡρίσαντό τινες· οἷς ἀντιλέγοντες ἔνιοι

1) Aliquot, quibus usus sum, locis lectiones adscripsi codicum *L*(aurent. Med.) 74, 18 s. XIV (Bandini III, 120) et (Laurent.) *M*(ed.) 74, 28 s. XIV (Bandini III, 130), quas propensa in me voluntate G. Karo enotavit.

πρῶτον μὲν ἡμαρτῆσθαι τὸν ὅρον ἔφασαν, ἐπειδὴ παραλέλειπται τὸ ʻκαὶ τῆς καρδίας’· ἐχρῆν γὰρ οὕτως ὁρίσασθαι· ʻσφυγμός ἐστιν ἀρτηριῶν καὶ καρδίας κίνησις’. ἔνιοι δὲ οὐ ʻκαρδίας’ φασὶ δεῖν, ἀλλὰ ʻτοῦ τῆς καρδίας ἀρτηριώδους μέρους’ προστιθέναι, ὡς γίνεσθαι τὸν ὅρον τοιοῦτον· ʻσφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ τῆς κατὰ τὴν καρδίαν ἀρτηριώδους κοιλίας’ ἢ νὴ Δί’ οὕτως· ʻσφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ τῆς ἀρτηριώδους κοιλίας τῆς καρδίας’. Quae non nihil habent difficultatis ac dubitationis. Neque enim tertio loco adicitur id quod propositum erat, τοῦ τῆς καρδίας ἀρτηριώδους μέρους, sed τῆς κατὰ τὴν καρδίαν ἀρτηριώδους κοιλίας. Sed hoc levius; illud vero gravissimum, quod quarta adnectitur definitio a tertia, qualis nunc legitur, non diversa nisi quod in illa τῆς καρδίας scriptum est, in hac κατὰ τὴν καρδίαν; quod apparet quam sit levidense.

Dubitantibus nobis in tempore succurrunt ea, quae p. 700, 7 sqq. scripta sunt: καὶ τούτου πάλιν αὐτοῦ τοῦ ὅρου (sc. eius definitionis, qua ἀρτηριῶν διαστολὴ καὶ συστολὴ pulsus dicitur) τοσαῦται γεγόνασιν ἐπανορθώσεις, ὅσαι τοῦ πρόσθεν, ἐνίων μὲν αὐτῷ προστιθέντων καὶ τὸ ʻτῆς καρδίας’, ἐνίων δ’ οὐχ ἁπλῶς καρδίας, ἀλλὰ τοῦ κατ’ αὐτὴν ἀρτηριώδους γένους (scrib. μέρους), ἐνίων δὲ τῆς ἀρτηριώδους κοιλίας τῆς ἀριστερᾶς· εἰσὶ γὰρ οἳ καὶ τοῦτο προσέθεσαν, ὡς γίνεσθαι τοὺς ὅρους τοσούτους (scr. τοιούτους) κτλ. Hinc apparet tertiam et quartam prioris illius quaternionis definitiones in pristinam integritatem sic restituendas esse: ʻσφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ τοῦ κατὰ τὴν καρδίαν ἀρτηριώδους μέρους’ et ʻσφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ τῆς ἀρτηριώδους κοιλίας τῆς καρδίας τῆς ἀριστερᾶς’. A verbis autem Galeni mutandis interim abstinebimus; nam si haec alii scriptori surripuit, quid obstat, quominus ipsius neglegentia et errore has turbas ortas esse putemus?

Componendae igitur sunt in formam indiculi hae quattuor pulsus definitiones:

I. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν.

II. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ καρδίας.

III. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ τοῦ κατὰ τὴν καρδίαν ἀρτηριώδους μέρους.

IV. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ τῆς ἀρτηριώδους κοιλίας τῆς καρδίας τῆς ἀριστερᾶς.

Apparet autem etiam recuperata pristina huius disputationis forma quartam definitionem non tam re a tertia distare quam verbis; unde suspicio oritur studiose quaesiti numeri quaternarii. Quae suspicio adaugetur et confirmatur eis, quae sequuntur; sunt autem haec p. 699, 17 sqq. οἷς αὖθις ἕτεροι μεμφόμενοι κακῶς εἰρῆσθαί φασι τὸν σφυγμὸν κίνησιν ἁπλῶς· εἶναι γὰρ καὶ ἄλλας κινήσεις ἀρτηριῶν καὶ καρδίας, οἷον τήν τε πεπτικὴν (scrib. πεμπτικήν) τοῦ περιεχομένου κατ' αὐτὰς αἵματος ἑλκτικήν τε τούτου καὶ προσθετικὴν ἀποκριτικήν τε τῶν περιττωμάτων. ἐχρῆν οὖν, φασί, προσκεῖσθαι τῷ ὅρῳ τὸ τῆς τῶν σφυγμῶν κινήσεως εἶδος, ἵν' ἴδιος αὐτῶν ᾖ καὶ μὴ πολλῶν κινήσεων κοινός. καὶ τοίνυν αὐτοὶ τὸν ὅρον ἐποιήσαντο τοιόνδε· 'σφυγμός ἐστιν ἀρτηριῶν [καὶ καρδίας] διαστολή τε καὶ συστολή'· καὶ δῆλον ὅτι καὶ τούτου πάλιν αὐτοῦ τοῦ ὅρου κτλ. quae supra adscripsi et emendare conatus sum. Accedunt igitur indiculo nostro hae quattuor definitiones:

V. σφυγμός ἐστιν ἀρτηριῶν διαστολή τε καὶ συστολή.

VI. σφυγμός ἐστιν ἀρτηριῶν καὶ καρδίας διαστολή τε καὶ συστολή.

VII. σφυγμός ἐστιν ἀρτηριῶν καὶ τοῦ τῆς καρδίας ἀρτηριώδους μέρους διαστολή τε καὶ συστολή.

VIII. σφυγμός ἐστιν ἀρτηριῶν καὶ τῆς ἀρτηριώδους κοιλίας τῆς καρδίας τῆς ἀριστερᾶς διαστολή τε καὶ συστολή.

Pergimus ad ea quae p. 700, 16 sqq. leguntur: πολεμοῦσι δὲ τούτοις ἅπασιν ἕτερος χορὸς ἀνδρῶν οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς μήνιγγας σφύζειν λέγοντες· ἔνιοι δὲ καὶ τὸν ἐγκέφαλον· ἄλλοι δὲ ἀμφότερον· τινὲς δὲ πρώτως

μὲν τὸν ἐγκέφαλον, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τὰς μήνιγγας· ἄλλοι δ' αὖ πάλιν οὔτε τὰς μήνιγγας οὔτε τὸν ἐγκέφαλον ἡγοῦνται σφύζειν πρώτως ... quorum ex sententia (p. 701, 8 sqq.) οὐδὲν ἔτι δεήσει προστιθέναι τοῖς προειρημένοις ὅροις; ceterorum autem ex sententia definitiones fient huiuscemodi:

I. σφυγμός ἐστι διαστολὴ καὶ συστολὴ καρδίας καὶ ἀρτηριῶν ἐγκεφάλου τε καὶ μηνίγγων.

II. σφυγμός ἐστι διαστολὴ καὶ συστολὴ καρδίας καὶ ἀρτηριῶν καὶ μηνίγγων.

III. σφυγμός ἐστι διαστολὴ καὶ συστολὴ καρδίας καὶ ἀρτηριῶν καὶ ἐγκεφάλου·

καὶ καθ' ἕκαστον γένος τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων ὅρων ὁμοία προσθήκη γενήσεται κτλ. καὶ γενήσεται πλῆθος ὅρων οὐκ ὀλίγων (scr. ὀλίγον) [1]).

Hac ex disputatione ut indiculum nostrum recte continuemus, consentaneum est ab extremis verbis explicandis proficisci. Atque quod unicuique generi definitionum antea propositarum supplementa adicienda fore scriptum est, id necessario ita interpretabimur, ut et illas quattuor definitiones, quibus κίνησις, et has, quibus διαστολὴ καὶ συστολὴ pulsus dicitur, supplendas esse statuamus. Sed quot cuique adicienda sint supplementa, dubitari posse videtur. Nam exempla ut apponeret, tres tantummodo suppletas definitiones Galenum adscripsisse videmus. At idem supra dixerat: τινὲς δὲ πρώτως μὲν τὸν ἐγκέφαλον, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τὰς μήνιγγας, neque expressis verbis commonefecerat legentes supervacuas esse, secundum horum sententiam quae possent fieri definitionum mutationes. Sed quoniam manifestum est in hos idem cadere, quod Galenus dixit solummodo de iis, qui et cerebrum et membranas cerebri κατὰ συμβεβηκὸς pulsare statuerent, rationem exemplorum numero commonstratam

1) p. 702, 4 delendum est ἢ vocabulum.

secuti terna supplementa octo illis definitionibus deinceps adicienda esse statuemus.

Haec si recte disputata sunt, amplus definitionum in ordines discriptarum thesaurus emergit. Cuius tantam partem apponam, quanta ad rem recte intellegendam necessaria esse videtur [1]).

Ia. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν.

Ib. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ μηνίγγων.

Ic. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ ἐγκεφάλου.

Id. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ μηνίγγων καὶ ἐγκεφάλου.

IIa. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ καρδίας.

IIb. σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ καρδίας καὶ μηνίγγων etc. quae si continuabis, ad trigesimam alteram pervenies definitionem hance:

VIIId. σφυγμός ἐστιν ἀρτηριῶν καὶ τῆς ἀρτηριώδους κοιλίας τῆς καρδίας τῆς ἀριστερᾶς καὶ μηνίγγων καὶ ἐγκεφάλου διαστολή τε καὶ συστολή.

Quae sequuntur, et artissime coniuncta sunt cum ea, quam adhuc excussimus, disputationis Galenianae parte, et, modo punctim persequaris scriptorem festinantem, eiusdem illius numeralis artificii notam prae se ferre inveniuntur omnia. Ac primum quidem p. 702, 8 sqq. leguntur haec: ἠμφισβήτηται δὲ οὐδὲν ἧττον αὐτοῖς καὶ περὶ τῶν τῆς καρδίας κοιλιῶν· ἔνιοι γὰρ ἡγοῦνται μὴ σφύζειν τὴν δεξιάν· εἰσὶ δὲ οἳ σφύζειν μέν, οὐ μὴν πρώτως οὐδὲ δι' αὑτήν, ἀλλὰ τῇ πνευματικῇ καλουμένῃ συγκινουμένην [2]). ὥσθ' ὅσοι τῆς ἀρι-

---

1) In ordine cum totarum definitionum tum singularum definiendi particularum cur ea, quae p. 700, 16 — 701, 5 proponuntur quam perscripta p. 701, 11 sqq. exempla sequi maluerim, neminem latebit: nimirum in hoc genere litterarum usque quaque a simplicioribus progrediendum est ad minus simplicia.

2) cf. Galenus de plac. Hipp. et Plat. I t. V p. 184 K. p. 140, 16

στερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ἢ τῆς ἀρτηριώδους, ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ὀνομάζοντες μνημονεύουσι, διενεχθήσονται τοῖς καὶ (*M.*; κατὰ *L. K.*) τὴν δεξιὰν ἡγουμένοις σφύζειν. Ipsa placita, quoniam a Galeno non apponuntur, nos, ut recte iudicare possimus, restituamus oportet. Atque expressis verbis sane duo tantummodo placita commemorantur, eorumque prius subobscure. Nam ex illis verbis: 'ἔνιοι γὰρ ἡγοῦνται μὴ σφύζειν τὴν δεξιὰν' placitum, quod quidem apta forma elatum sit, effici non potest nisi hoc: ἡ ἀριστερὰ κοιλία τῆς καρδίας σφύζει; accedit alterum hoc fere: ἥ τ' ἀριστερὰ κοιλία σφύζει καὶ ἡ δεξιὰ συγκινουμένη αὐτῇ. Iam vero, quoniam quae possunt proponi placita per totam hanc disputationem enumerantur, tertium sponte supplebimus hoc: ἥ τ' ἀριστερὰ καὶ ἡ δεξιὰ κοιλία σφύζει. Quartum autem, quod excogitari potest: ἡ δεξιὰ κοιλία σφύζει, non addemus; quod cum tam repugnet omni veterum de corde doctrinae, ut ne potuisse quidem proponi videatur a Graeco medico, etiam ab hoc loco procul habendum est.

Ternario numero astricta sunt etiam ea, quae p. 702, 14 sqq. scripta sunt: ἔτι δὲ μείζων ἄλλη διαφορὰ τοῖς ἰατροῖς ἐκ παλαιοῦ περὶ τῶν ἀρτηριῶν ἐγένετο, τινῶν μὲν ἡγουμένων αὐτὰς ἐξ ἑαυτῶν σφύζειν, σύμφυτον ἐχούσας ὁμοίως τῇ καρδίᾳ τὴν τοιαύτην δύναμιν, ὧν ἐστι καὶ ὁ Πραξαγόρας, ἐνίων δὲ σφύζειν μὲν αὐτοῦ τοῦ χιτῶνος αὐτῶν διαστελλομένου τε καὶ συστελλομένου, καθάπερ ἡ καρδία, τὴν δύναμιν δὲ οὐκ ἐχουσῶν σύμφυτον ᾗ τοῦτο δρῶσιν, ἀλλὰ παρὰ καρδίαν (scrib. καρδίας) λαμβανουσῶν· ἧς γνώμης ἔχεται καὶ Ἡρόφιλος. Ἐρασιστράτῳ δὲ οὐδέτερον ἀρέσκει· βούλεται γὰρ ἔμπαλιν τῇ καρδίᾳ τὰς ἀρτηρίας σφύζειν, ἐκείνης μέν, ὅτε διαστέλλεται, πληρουμένης τῇ πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίᾳ[1]), τῶν δὲ ἀρτηριῶν, ὅτε πληροῦνται, διαστελλομένων·

Mueller. Veterum de pulsu doctrinas strictim enarrat Darembergius in editione Rufi Ephesii opusculorum postuma p. 614 sqq.

1) cfr. Diels relat. acad. Berol. 1893 p. 105.

πληροῦσθαι δὲ αὐτὰς τοῦ παρὰ καρδίας ἐπιπεμπομένου πνεύματός φησιν κτλ. Vides fingi posse et secundum haec, et secundum priora illa, quae erant de cordis ventriculis, subdividi illas definitiones, in quibus cordis et arteriarum mentio fit, idque in causa fuit, ut ne haec quidem ab artificio illo numerali eximerentur: reapse illa subdivisio fieri nequit, quod ut lateret, corollarii instar haec in fine addita sunt.

Reponamus interim reliquas prioris partis disputationes et ad alteram nos convertamus, quae a p. 715, 4 incipit. Praefatur Galenus de inepta definiendi accuratione; dein pulsus definitiones profert Herophileorum plurimas (p. 720, 3—749, 7), pneumaticorum aliquammultas (p. 750, 9 — p. 757, 8); Asclepiadeorum paucas (p. 757, 9 — p. 759, 2), Erasistrateorum aliquot (p. 759, 3 — 761, 16). Ac primum videamus illam de Herophileis narrationem. Quae cum lectissima eruditione referta sit, quaerendum est, unde a Galeno sumpta sit; veri enim dissimillimum est sapientiam ex parte tam reconditam ab ipso congestam esse.

Omnium, quorum a Galeno mentio fit, Herophileorum aetate novissimi sunt Demosthenes Philalethes et Aristoxenus, discipuli Alexandri Philalethis (cf. p. 727, 1 sq. et p. 746, 17 sq.)[1]. Itaque hanc narrationem aut ab illorum altero utro aut a scriptore aliquo his aetate posteriore repetendam esse patet. Quodsi attente eam perlegeris, intelleges dubitari non posse, quin ex Aristoxeni librorum περὶ τῆς Ἡροφίλου αἱρέσεως tertio decimo sumpta sit: cuius libri Galenus p. 746, 9 sq. meminit: ἀλλὰ γὰρ εἴ τις βούλοιτο καὶ περὶ τούτων ἢ αὐτὸς γνῶναι τὰ λελεγμένα τοῖς ἀνδράσιν (sc. de Chrysermi definitione vituperata et defensa), ἢ μεταστρέφειν εἰς ὑπομνήματα, τοῦ μὲν Ἐρυθραίου (i. Heraclidis Erythraei) τὸ ἕβδο-

1) Cfr. quae Darembergius 'Histoire des sciences médicales' t. I p. 160—169 congessit de medicorum Alexandrinorum temporibus testimonia.

μον ἀναγνώτω περὶ τῆς Ἡροφίλου αἱρέσεως, τοῦ Ἀπολλωνίου (i. Apollonii Muris, cfr. p. 744, 15) δὲ τὸ εἰκοστὸν ἔνατον (scr. ἔνατον), Ἀριστοξένου δὲ τὸ τρισκαιδέκατον. Frequentata enim per hanc expositionem memoria impugnatarum et confutatarum ab Aristoxeno definitionum nisi ex ipsius illius scriptionis usu explicari nequit. Ac primum p. 738, 17 sqq. Galenus haec habet: ἐγκαλεῖ δὲ Ἀριστόξενος εἰκότως τῷ Ζήνωνι, καθάπερ καὶ ἄλλοις πολλοῖς, τῆς περιττῆς προσθήκης ἐν τῷ φάναι 'ἐάν τε ἐν τοῖς ἴσοις ἐάν τε ἐν τοῖς ἀνίσοις ἐκείνη συντελῆται χρόνοις' (cf. pag. 736, 8 sqq.) et quae sequuntur usque ad p. 740, 14 cum eadem re coniuncta. Porro triplicis refutationis ab Aristoxeno institutae mentio fit pag. 744, 14 sqq.: μέμφεταί γε μὴν ὁ Ἀριστόξενος καὶ τούτῳ καὶ Ἀπολλωνίῳ τῷ Μυΐ, προσθέντι καὶ αὐτῷ τὸ 'πλειστοδυναμούσης' (cf. pag. 743, 12 sqq.) . . . μέμφεται δὲ καὶ τῷ ⟨Χρυσέρμῳ ἐπὶ τῷ⟩[1]) πάντῃ τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας κυκλοτερῶς διΐστασθαι λελέχθαι κατὰ τὸν ὅρον, οὐ μόνον, ὥσπερ ὁ Ἡρακλείδης, ὡς περιττῷ κτλ. Denique ex eis, quae inde a p. 733, 16 usque ad p. 734, 4 sq. extant, eundem etiam Bacchii definitionem impugnavisse patet. Adice nunc, quae p. 746, 16 sqq. leguntur: κάλλιον δὲ ἴσως μηδὲ τοῦτο παραλιπεῖν, ὡς αὐτὸς ὁ Ἀριστόξενος, Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλαλήθους γεγονὼς μαθητὴς ἐλέγξας τε τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἑαυτοῦ πάντας ὅρους, ὡς οἴεται, κάλλιστα δ'

---

1) Inserui quae necessaria sunt ad sanam sententiam recuperandam. Nam quae traduntur, necessario contra ipsius illius, cuius modo mentio facta erat, Heraclidis Erythraei definitionem dicta esse putabuntur. At nec statuit ille κυκλοτερῶς τὸν χιτῶνα διΐστασθαι (vd. p. 743, 12 sqq.) et intellegi nequit, quod subsequitur 'οὐ μόνον, ὥσπερ ὁ Ἡρακλείδης, ὡς περιττῷ' etc. Atqui Chrysermo, qui quidem cavillari vellet, potuit profecto illam opinionem supponere, huncque ipsum hoc loco impugnari patet ex eis, quae p. 745, 5 leguntur: εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ Χρύσερμος ἐνεγεγράφει τῷ ὅρῳ τὸ ὁμαλῶς κτλ. Ergo inserendum est Chrysermi nomen.

ἔχειν εἰπὼν τόνδε κτλ.: vides ipsius Galeni testimonio opinionem nostram confirmari.

Sequitur, ut in ordinem huius Herophileorum enumerationis inquiramus. De quo ut certum iudicium fieri possit, singulas deinceps apponam definitiones:

I. Heraclidis Tarentini empirici definitio (p. 720, 4 sq.): σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ καρδίας.

II. Alexandri Philalethis definitio duplex: a. (p. 726, 4 sq.) τὸν . . ὡς ἐν ὑποκειμένοις σφυγμὸν εἶναί φησι καρδίας καὶ ἀρτηριῶν συστολὴν καὶ διάστασιν ἀπροαιρέτως, οἵαν τε φαίνεσθαι. b. τὸν . . ὡς ἐν ἐπισκέψει τὴν ἐκ τῆς τῶν ἀρτηριῶν διαπαντὸς ἀπροαιρέτου κινήσεως πρὸς τὴν ἁφὴν πληγὴν καὶ τὸ μετὰ τὴν πληγὴν γινόμενον διάλειμμα.

III. Demosthenis Philalethis ab Alexandro instituti definitio duplex: a. (p. 727, 5 sqq.) . . φησὶν εἶναι τὸν μὲν κατὰ τὸ ὑποκείμενον (sc. σφυγμόν) καρδίας καὶ (scrib. ἢ coll. eis, quae vs. 10 sqq. extant) ἀρτηριῶν διαστολὴν ἢ συστολὴν φυσικήν, φαίνεσθαι δυναμένην. b. (p. 727, 7 sq.) τὸν δὲ ἐξ οὗ (an ἐφ' οὗ?) ποιούμεθα τὰς ἐπισκέψεις, καρδίας ἢ ἀρτηριῶν πρὸς τὴν ἁφὴν πλῆξιν φυσικὴν καὶ τὸ μετὰ τὴν πληγὴν γενόμενον (scrib. γινόμενον) διάλειμμα.

IV. Bacchii definitio (p. 732, 9 sqq.): σφυγμός ἐστι συστολὴ καὶ διαστολὴ ἅμα ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀρτηρίαις γιγνομένη.

V. Aristoxeni definitio (p. 734, 8): σφυγμός ἐστιν ἐνέργεια καρδίας καὶ ἀρτηριῶν ἴδιος.

VI. Zenonis definitio (p. 736, 8 sq.): σφυγμός ἐστι τῶν ἀρτηριωδῶν μερῶν μικτὴ ἐνέργεια ἐκ συστολῆς καὶ διαστάσεως, καθ' ἣν ἐν ἅπασι τοῖς μέρεσι τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν τάξιν ἠκολούθησεν, ἐάν τε ἐν τοῖς ἴσοις ἐάν τε ἐν τοῖς ἀνίσοις ἐκείνη συντελῆται χρόνοις.

VII. Chrysermi definitio (p. 741, 5 sqq.): σφυγμός ἐστι διάστασις καὶ συστολὴ ἀρτηριῶν πάντοθεν τοῦ χιτῶνος ἐπανισταμένου καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὸν συντρέχοντος ὑπὸ ψυχικῆς

καὶ ζωτικῆς δυνάμεως παρεπομένη διαπαντὸς ἐν τῷ ὑγιαίνειν καὶ νοσεῖν, πρὸς αἴσθησιν ληπτή.

VIII. Heraclidis Erythraei definitio (p. 743, 12 sq.): συστολὴν . . ἔφη καὶ διαστολὴν ἀρτηριῶν καὶ καρδίας εἶναι τὸν σφυγμὸν ὑπὸ ζωτικῆς καὶ ψυχικῆς δυνάμεως πλειστοδυναμούσης ἀποτελούμενον (expectamus ἀποτελουμένην).

IX. Apollonii Muris definitionem Heraclideae similem fuisse ex p. 744, 15 patet.

Sunt quae offendant in hac enumeratione. Primum qui fit, ut Heraclides Tarentinus empiricus in Herophileis compareat? Sed hoc explicari potest adscitis eis, quae Galenus t. XII p. 989 habet: (aphtharum medicamenta cum alii scripserunt, tum) ὁ Ἡρακλείδης (idem v. 3 Tarentinus audiit) καὶ ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ Μαντίας. ἀλλὰ Μαντίας μὲν, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἦν Ἡροφίλειος, οὕτω καὶ διέμεινεν ἄχρι παντός. ὁ δ' Ἡρακλείδης ἐπὶ τὴν τῶν ἐμπειρικῶν ἰατρῶν ἀγωγὴν ἐπέκρινεν (ἐπέκλινεν Usener), ἰατρὸς ἄριστος τά τε ἄλλα τῆς τέχνης γεγονὼς καὶ πλείστων φαρμάκων ἔμπειρος. Itaque potuit profecto Herophili sectatoribus adnumerari Heraclides; nihilo tamen setius cur agmen d u c a t suspectae fidei sectator, nondum perspicimus. Neque magis perspici posse videtur, qua ratione Aristoxenus in ceteris Herophili asseclis disponendis usus sit: neque enim secundum tempora fit enumeratio [1]) neque usque quaque praeceptorem subsequuntur discipuli; velut post Alexandrum Philalethem Demosthenes prodit, Aristoxenus ab eodem seiunctus est. At ipsas si inspicimus definitiones, ecce secundum ipsum illum ordinem eas percenseri animadvertimus, qui priore libri Galeniani parte praeformatus est. Nam primo loco Heraclidis Tarentini ὑπογραφὴ

1) Hoc ut intellegas, perlustres velim testimonia a Darembergio in libri, cui inscripsit 'Histoire des sciences médicales', t. I p. 160—169 et a M. Wellmanno in Susemihli hist. litt. Alexandr. c. XXIV (t. I p. 777 sqq.) et c. XXXIV (t. II p. 414 sqq.) congesta; quod de nonnullis ambigitur, in hac quaestione diiudicanda momentum non facit.

prodit: σφυγμός ἐστι κίνησις ἀρτηριῶν καὶ καρδίας. Sequuntur Alexander Philalethes et Demosthenes, quorum utriusque definitione ea, quae est ὡς ἐν ὑποκειμένοις, rem si spectas, non verba, pulsus συστολὴ καὶ διαστολὴ dicitur [1]; tertius his accedit Bacchius. Tum Aristoxenus et Zeno pulsum ἐνέργειαν esse definiunt: quod genus interim statuamus a Galeno in parte illa priore omissum esse. Agmen claudunt Chrysermus, Heraclides Erythraeus, Apollonius Mus, qui rursus συστολὴν καὶ διαστολὴν pulsum dicunt, sed addunt causam efficientem: nimirum etiam priore in parte illius quaestionis, quae est de δυνάμει, extremo loco mentio facta erat (p. 702, 14 sqq.).

Porro intra singulas definitionum ordines praeceptorem subsequuntur, qui ab eo instituti sunt, si quidem fieri potest: itaque post Alexandrum prodit Demosthenes, seiunctus ab eodem est Aristoxenus, quippe qui ad alium ordinem pertineat; Chrysermum autem subsequuntur Heraclides Erythraeus et Apollonius Mus. [2]. At cur Alexander et Demosthenes, qui arteriarum et cordis mentionem faciunt, praecedunt Bacchium, qui solummodo arterias commemorat? Ne huius quidem ordinis ratio nisi prioris partis ope explicari potest. Lege totum illud caput, quod est de Bacchio (p. 732, 8 — 733, 16); audi Aristoxenum narrantem Bacchii definitionem mota de δυνάμει quaestione ab Erasistrateis impugnatam esse; redi in prioris partis memoriam, ubi eadem quaestio appendicis loco tractatur (p. 702, 14 sqq.): non dubitabis quin, qui haec scripsit, ad prioris partis normam Bacchii definitionem

---

1) De eis Alexandri et Demosthenis definitionibus, quae sunt ὡς ἐν ἐπισκέψει, infra videbimus; propria enim earum ratio est.

2) Horum utrumque a Chrysermo institutum esse intelleges, si quae Galenus p. 743, 10 habet, contuleris cum eis, quae Strabo l. XIV p. 645 C tradit. Non video, cur dubitet Wellmannus in Susemihli hist. litt. Alexandr. t II p. 440 adn. 140 et p. 442.

illa quaestione implicitam postposuerit Alexandri et Demosthenis placitis ab eadem remotis.

Iam calculis subductis summam faciamus. Non potuit hoc ordine Herophileorum definitiones percensere nisi qui prioris illius partis disputationes praemiserat. Atqui Aristoxenum in hunc modum de Herophileis commentatum esse demonstravimus: sequitur, ut ex eiusdem officina thesaurus ille definitionum in ordinem redactarum exierit.

Hanc ratiocinationem cum sua vi persuadere posse confidam, tum luculentissimo confirmare mihi licet ipsius Aristoxeni testimonio. Lege, quae de Zenonis placito Aristoxenus disputat (p. 736, 6 sqq.)[1]) et ad ea maxime attende, quae p. 737, 11 sqq. scripta sunt: τῶν . . ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων Ἡροφιλείων ἢ ἀρτηριῶν ἢ καρδίας ἢ ἀμφοτέρων τούτων τὴν διαστολὴν καὶ συστολὴν σφυγμὸν ὀνομαζόντων, οὗτος οὐ καρδίας καὶ ἀρτηριῶν, ἀλλὰ τῶν ἀρτηριωδῶν μερῶν ἔφη, διὰ τὴν περὶ τῆς καρδίας ζήτησιν, ἣν ἔμπροσθεν εἶπον — ecce ipse digitum intendit in priorem libri sui partem (cf. p. 702, 8 sqq.).

Redeo ad priorem partem libri Galeniani perscrutandam; spes enim est fore, ut posterioris partis ope etiam plura Aristoxeno vindicare liceat.

Exordium sumam a re, ut mihi quidem videtur, mani-

1) Aristoxeni nomen p. 738, 17 demum comparet; sed ab eodem etiam cetera sumpta esse demonstrari potest. Ac de eis quidem, quae pag. 738, 13—17 leguntur, dubitari plane nequit: Aristoxenus enim quod Bacchio exprobravit (cf. pag. 733, 16 — 734, 2), non potuit in Zenonis definitione notanda praetermittere. Priorem autem huius capitis partem eidem se surripuisse ipse Galenus haud obscure significa p. 738, 13: ἀλλὰ καὶ ὅτι τὸν κατὰ φύσιν μόνον ὥρισται σφυγμὸν ὁ Ζήνων, καὶ [κατὰ] τοῦτο εἰκότως ἐγκέκληται, nimirum subaudimus 'sicut priora illa probro versa sunt'. vs. 7 sq. quod legitur: ἀλλ' οὗτοι μὲν ὅπως σφάλλονται, δι' ἑτέρων δέδεικται, neminem hic fucus decipiet; ceterum cfr. de plac. Hipp. et Plat. p. 145, 5 Ml. (t. V p. 189 K. sqq.)

festa. P. 708, 16 sq. leguntur haec: ἀρξώμεθα οὖν αὖθις ἀπὸ τῶν ἐννοηματικῶν ὅρων (de quibus dictum erat p. 707, 1 sq.), οὓς οὐδὲν ἔφαμεν ἑρμηνεύειν πλέον ὧν ἅπαντες ἄνθρωποι γινώσκουσιν. ἔοικε δ' οὐδεὶς εἰρῆσθαι τοιοῦτος οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐμπειρικῶν, οἷς ἔπρεπε μάλιστα πάντων ὅροις χρῆσθαι τοιούτοις, οὓς οἱ δεινοὶ περὶ τὰς προσηγορίας οὐδ' ὅρους ἀξιοῦσιν, ἀλλ' ὑπογραφάς τε καὶ ὑποτυπώσεις ὀνομάζειν. ἐγένοντο δ' ἂν αἱ ὑπογραφαὶ τοιαίδε τινές· κίνησις ἀπροαίρετος ἔν τισι μορίοις ὑπάρχουσα τῶν ἐναίμων ζῴων ἡσυχίᾳ διακοπτομένη. καὶ μὲν δὴ καὶ εἰ φυσικὴν εἴποι τις τὴν κίνησιν ἢ οὐχ ἑκουσίαν ἢ οὐ καθ' ὁρμήν, οὐ διοίσει. εἰ δὲ καὶ ὅτι κατὰ τὰ σμικρὰ μόρια γίνεται τοῦ δέρματος, ἢ ὅτι βραχυχρόνιος, ἐν τῷ τῆς ὑπογραφῆς λόγῳ περιλάβοι, τελεώτερον ἀποδώσει τὴν ἔννοιαν. εἰ δὲ καὶ (sic *L. M.* εἰ οὐδὲ καὶ *K.*) τὰς τῶν σοφιστῶν ἐπηρείας φυλάττοιτο, προσθήσει τῷ τῆς κινήσεως ὀνόματι τὸ 'αἰσθητή'. Haec ex Aristoxeni libro petita sunt; eiusdem enim numeralis artificii nota insignita esse inveniuntur, quo illum in enumerandis eis, quae fieri possunt, definitionibus usum esse constat. Qua de re ut certum iudicium fieri possit, subfigurationes illas ordine perscriptas sub uno ponam adspectu.

I. κίνησις ἀπροαίρετος ἔν τισι μορίοις ὑπάρχουσα τῶν ἐναίμων ζῴων ἡσυχίᾳ διακοπτομένη.

II. κίνησις ἀπροαίρετος . . ζῴων κατὰ τὰ σμικρὰ μόρια γινομένη τοῦ δέρματος, ἡσυχίᾳ διακοπτομένη.

III. κίνησις . . ζῴων βαρυχρόνιος, ἡσυχίᾳ διακοπτομένη.

IV. κίνησις . . ζῴων αἰσθητή, ἡσυχίᾳ διακοπτομένη.

Porro ex illis verbis: 'καὶ μὲν δὴ καὶ εἰ φυσικὴν εἴποι τις τὴν κίνησιν ἢ οὐχ ἑκουσίαν ἢ οὐ καθ' ὁρμήν, οὐ διοίσει' possit quispiam concludere hic quoque ternas singulis definitionibus adiciendas esse variationes; sed parum probabile est Aristoxenum verborum synonymorum diversitate abusum tetradea lusisse [1]).

1) Iudicium hoc est Useneri.

Accedit aliud. Ipsum Aristoxenum, nisi spes me fallit, demonstrari potest initio illius Herophileorum enumerationis huius, quam modo excussi, disputationis ita rationem habere, ut singulare eius artificium eniteat. Atque in illo capite, quod est de Heraclide Tarentino, res clara ac plana est. Primo loco ὑπογραφὴν ab illo prolatam ex ipsius rationibus explicat [1]) — quae quod paululum a quaternionis illius prima discrepat, caute p. 721, 17 excusat —; dein narrat alios ut αἰσθητή (p. 721, 18 — 722, 8), alios ut φυσική adderetur (p. 722 — 723, 1) postulavisse [2]). Itaque ipsum Aristoxenum ad illam prioris partis disputationem respicere apparet.

Eiusdem disputationis imago resonat ex Alexandri et Demosthenis definitionibus eis, quae sunt ὡς ἐν ἐπισκέψει; iure enim, rem si spectas, non verba, has subfigurationes esse dices. Neque obstat, quod orationis forma paululum discrepat; gravissimum enim illud est, quod, in utraque cum mentio fiat pausae, necessarium ad Heraclidis placitum accedit supplementum. Consulto igitur Aristoxenum rem ita instituisse apparet, ut Alexander et Demosthenes Heraclidis Tarentini essent pedisequi [3]).

1) Quae inde a p. 721, 9 leguntur, sic refingenda esse puto: ὥστε οὐκ ὀρθῶς ἐροῦμεν ἀκινήτους ὑπάρχειν τὰς ἀρτηρίας ἐπὶ τῶν τεθνεώτων, οὐδ' ἀσφύκτους ἐνίους (traditur ἐνίοις; correxi coll. 720, 13; 725, 13) φαίνεσθαι τῶν ἔτι ζώντων. εἰ δὲ λέγοιντο πρὸς ἁπάντων οὕτως, εὔδηλον εἶναι (sc. putabant empirici) κίνησιν ἡμᾶς νοεῖν τε καὶ ὀνομάζειν οὐ τὴν λόγῳ θεωρητήν, ἀλλ' ἥτις ἂν εἰς ἐναργῆ γνῶσιν ἥκῃ δι' αἰσθήσεως (διαθέσεως *L. M. K.*)

2) Quae p. 722, 9—14 extant corrupta sunt. Quid enim? de pulsus notione definienda qui cum Heraclide conflictati sunt, eorum nonnullos postulavisse tibi persuadebis, ut palpitatio cum pulsu confunderetur? Itaque scribendum est p. 722, 11 sq. καὶ ταύτας οὐκ ἐχρῆν περιλαμβάνεσθαι κτέ.

3) Intellegitur iam, quam vim habeat illud, quod p. 709, 1 legitur: ἔοικε δ' οὐδεὶς εἰρῆσθαι τοιοῦτος (sc. ἐννοηματικὸς ὅρος) οὐδ' ὑπὸ τῶν ἐμπειρικῶν.

Iam vide hominis callidissimi artificium sive fraudem dicere mavis. Nimirum priore libri sui parte absoluta ubi ad ipsas Herophileorum definitiones percensendas aggressus est, suis ipse nugis conflictari coepit. Prior locus erat de subfigurationibus empiricis: circumspicienti oblata sunt Heraclidis Tarentini placitum, empirici illud quidem eiusdemque Herophilei, sed ne ipsum quidem ab omni parte commendabile, atque Alexandri Demosthenisque subfigurationes specie etiam minus aptae. Altero loco dicendum erat de definitionibus, quae proprie dicuntur: difficultates exorturas esse providit adeo maiores. Nam qui pulsum simpliciter κίνησιν definiret, praeter Heraclidem Tarentinum in Herophili asseclis nemo inventus est. His ex laqueis versatili vir ingenio sollerter se expedivit: unam ex duabus disputationibus conflavit, eamque ad illum prioris libri sui partis locum specie accommodavit, quo definitiones, proprie quae dicuntur, ordine composuerat.

'At ordo obstat; priore enim in parte a Galeno prius de definitionibus dicitur quam de subfigurationibus; altera in parte principium ducitur a subfigurationibus'. Hoc ita concedo, ut in altera utra parte conscribenda genuinum Aristoxeneae disputationis tenorem a Galeno turbatum esse statuam. Atqui illa Herophileorum series ab omni suspicione tuta est, quandoquidem et Heraclidem Tarentinum cum Alexandro ac Demosthene non sine causa coniunctum et ceteros ad prioris partis normam dispositos esse intelleximus. Ergo reicimur ad partem priorem. De qua ut certum iudicium capi queat, iam altius quaestio repetenda est.

Lege, quae inde a p. 704, 7 usque ad p. 715, 2 scripta sunt. Cuius disputationis ut quasi filum retexam, duo definitionum genera esse exponitur, alterum ἐννοηματικῶν, alterum οὐσιωδῶν (p. 704, 7—14); complures autem uniuscuiusque rei proferendas esse definitiones, quattuor maximum, conexas aliam cum alia (p. 704, 15—706, 3). Exemplum ducitur a

pulsu. αἰσθανόμεθα κατ' ἔνια μόρια τοῦ δέρματος κινήσεώς τινος οὐ μόνον ἐπιβάλλοντες αὐτῷ τὴν ἁφὴν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐνίοτε . . τὴν τοιαύτην κίνησιν οἱ ἄνθρωποι πάντες ὀνομάζουσι σφυγμόν. καὶ ὅστις ἂν αὐτὴν διὰ ταχέυις (scrib. διὰ ταχέων, cf. p. 718, 7 et Ernesti Lexicon techn. gr. rhet. p. 348 sq., cuius Usener me admonuit) ἑρμηνεῦσαι δυνηθῇ, κάλλιστα τὸν ἐννοηματικὸν ὅρον ὁ τοιοῦτος ἐργάσεται . . εἰ δέ γέ τι προσθείη, κἂν ᾖ σμικρὸν, . . ἀποχωρήσει κατ' ἐκεῖνο τῆς ἐννοίας ἐπὶ τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος; addet autem deinceps arteriarum, cordis, cerebri mentionem, tum εἰ . . καὶ τὴν δύναμιν εὕροι, καθ' ἣν αἱ ἀρτηρίαι σφύζουσι, καὶ πότερον ἐξ ἑαυτῶν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, ἢ παρὰ τῆς καρδίας, καὶ εἰ παρὰ ταύτης, ὅπως . . ἔτι τε πρὸς τούτοις, ἥ τις ποτέ ἐστιν ἡ χρεία τῆς κινήσεως αὐτῶν, οὗτος ἀκριβῶς εἴσεται τὴν οὐσίαν ὅλην τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως (p. 706, 6—708, 16)[1]. Habes quasi quandam rei disceptandae propositionem; sequitur locupletior expositio. Ac primum subfigurationes, quae fieri possunt, in ordinem rediguntur (p. 708, 16—711, 3) — quae scimus qua ex officina petitae sint —; deinde explicate demonstratur ex subfigurationibus pedetemptim adiectione fieri definitiones, quae proprie dicuntur (p. 711, 3—714, 5)[2]; denique consummatae secundum rationalium sectarum placita definitiones subtexuntur (p. 714, 5—715, 2).

Aut egregie fallor aut per totam hanc disputationem Aristoxeni Galenus legit vestigia. Principio haec omnia tam arte inter se conexa et copulata sunt, ut panniculum ex tela artificiose pertexta nequeas tuto evellere. Deinde ut constat Aristoxenum subfigurationes seorsim a definitionibus in ordi-

---

1) 'τῆς τῶν σφυγμῶν γενέσεως G. idem dicit atque τοῦ τοὺς σφυγμοὺς γίνεσθαι, significatione a philosophis aliena; cf. p. 711, 16. 712, 10. 19. 713, 14. 714, 1.' Usener.

2) p. 714, 5 repone δείξει.

nem redegisse, ita eundem sane quam probabile est et de discernendis his duobus generibus et de altero ex altero derivando disputavisse, praesertim cum in altera libri sui parte aliquot placita sibi proferenda fore provideret, quae quasi in confinio duorum illorum generum posita essent, Alexandri videlicet et Demosthenis. Neque casu accidit, quod a subfiguratione ad definitionem per quattuor gradus ducimur (p. 704, 17 — 705, 11). Gravissimum vero illud est, quod quam definitionem Galenus pag. 714, 13—18 apponit tamquam exemplar ad suae ipsius sectae normam exactum, ea cum Aristoxeni doctrina mirifice concinit: illum enim unum omnium pulsum ἐνέργειαν ἴδιον dixisse constat (v. p. 734, 8 sq.; p. 747, 1—4). Nam quod tribus locis (p. 705, 19 sq.; 712, 11; 713, 4) ad suos quosdam libellos Galenus legentes delegat, non debent huiusmodi nos velamenta decipere.

Haec si recte disputata esse concesseris, non dubitabis, quomodo pristinus Aristoxenei libri ordo restituendus sit. Nam si hanc, quam modo excussi, expositionem continuaveris illis definitionibus in ordinem redactis, quae inde a p. 699, 8 usque ad p. 702, 16 percensentur, tum demum eam te recuperavisse senties disputationem, quae et commonstratum Herophileorum serie ordinem referat et usque quaque via ac ratione a simplicioribus progrediatur ad intricatiora. Quodsi quaeris, qua de causa auctoris ordinem Galenus inverterit, mihi hoc in propatulo positum esse videtur. Nam qui id agebat, ut ineptam medicorum in pulsu definiendo subtilitatem perstringeret, eum, cum ad Aristoxeni librum, illorum studiorum quasi quoddam instructissimum armamentarium, accessisset, quid cupidius arripuisse putas quam amplum illum et mirabilem definitionum in ordinem redactarum thesaurum? At idem postea, cum ne ceteras quidem Aristoxeni disputationes aut a consilio suo alienas esse aut sine damno posterioris partis praetermitti posse sentiret, addidit etiam illas.

Nescio an aliis, mihi quidem uno quodam posterioris

partis loco tota haec mea argumentatio consummari videtur. Etenim in eo capite, quo de Chrysermi definitione existimat, Galenus haec habet p. 742, 17 sqq.: τὴν ἀρχὴν μὲν γὰρ ἁπάσης τῆς διδασκαλίας ἀπό τινος ⟨τῶν⟩ κατὰ τὴν ἔννοιαν ὁρισμῶν γίγνεσθαι προσῆκεν, ἀπ' ἐκείνης (expectamus ἐκείνου) δ' ἤτοι κατὰ βραχὺ μεταβαίνειν ἐπὶ τοὺς οὐσιώδεις, ἢ ἀθρόως ἐπὶ τὸν ἀκριβῶς ἑρμηνεύοντα τὴν οὐσίαν τοῦ προκειμένου πράγματος. εἴρηται δέ μοι κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθέως τοῦδε τοῦ πράγματος (scrib. γράμματος), ὁποῖον μέν τινα τὸν ἀκριβῶς [τὸν] ἐννοηματικὸν ὅρον προσῆκεν εἶναι, ὁποίους δὲ τοὺς ἀποχωροῦντας αὐτοῦ κατὰ βραχὺ .. quibus revocat ea, quae p. 707, 4—708, 16 extant. Atqui haec non recte dicuntur initio statim huius libri exposita esse. Quare ad eam opinionem deducor, ut ipsa Aristoxeni verba a Galeno in librum suum translata indiciumque servatum esse statuam genuinae illarum disputationum seriei [1]).

Reliquas libri Galeniani disputationes ab Aristoxeno sumptas esse nego. Nam quae p. 715, 4 — 720, 2 leguntur, quorum summa haec est inutilem esse omnem, quae a definitionibus proficiscatur, docendi rationem, ea culpam commereat si quis ad Aristoxenum referre animum inducat, scilicet hominem διαλεκτικῶς ὁρίζεσθαι βουλόμενον (p. 735, 15). Illa vero de pneumaticis, methodicis, Erasistrateis capita (p. 750, 9—761, 16) cum suapte natura aliena sint ab ea scriptione, quae titulum traxit ab Herophileis, tum temporum ratione habita ex parte nequisse scribi ab Aristoxeno inveniun-

1) Unam hic adiungam observationem. Quod supra p. 15 paulo confidentius statui in formula illa definitionum eum ordinem, quo pulsus ἐνέργεια diceretur, a Galeno praetermissum esse, id iam confirmari videbis, si contuleris, quae p. 713, 16 sq. leguntur: τὸ μὲν γένος ἤτοι κίνησιν, ἢ ἐνέργειαν ἢ πάθος ἀρτηριῶν (sc. ὁ ὅρος δείξει) . . . Contra πάθος vocabulum hic adicitur propter Praxagoram post commemorandum (v. p. 723, 9 sqq.); in formulam ideo recipi non debuit. Vide etiam p. 753, 17—754, 5.

tur: pneumaticorum saltem potest ut illi Athenaeus notus fuerit; vix potest ut Agathinus et Magnus; ut Archigenes, non potest.

Aristoxenus igitur, ut summam colligamus, librum de Herophili secta tertium decimum adornavit bipartitum. Priore parte duo definitionum genera discernenda esse docuit, subfigurationes et proprias definitiones; deinde pulsus subfigurationes, quae fieri possent, in quaterniones composuit; tum quomodo ex subfigurationibus adiectione fierent definitiones, exposuit; denique pulsus definitiones proprias item in quaterniones composuit. Altera parte pulsus subfigurationes et definitiones ab Herophili sectatoribus prolatas ita percensuit, ut ad ordinem duabus illis formulis constitutum, quoad eius fieri posset, se applicaret. En primi p. Chr. n. saeculi doxographum medicum.

Ad amplum delatus sum locum de Aristoxeni in placitis componendis ratione. Quem quamquam accurate persequi nunc nolo, quandoquidem novam ac pretiosissimam harum quaestionum materiam brevi evulgatum iri scio, tamen capita rerum, ut potero, perstringam.

Principio quod Aristoxenus et subfigurationum et definitionum formulas certo quodam numero astrinxit, more fecit in doxographa scriptura mihi quidem novo — nam de M. Varrone videro, Diodorum autem Alexandrinum mathematicum[1]) non dices purum putum doxographum —, in disciplinis constituendis late antiquitus pervagato[2]). Nempe 'symbola numerorum a Pythagoreis inventa etiam extra scholam vigere coeperant alio alia arripiente' (Diels Doxogr. p. 20). Itaque, ut intra medicos me contineam, empiricorum doctrina plerorumque ternarii numeri nota distincta est[3]): quos quoniam

1) cf. Diels Doxograph. p. 19 sq.

2) cfr. Usener 'Ein altes Lehrgebäude der Philologie' in relat. acad. Monac. hist. philol. 1892, p. 596 sqq.

3) cfr. Usener l. l. p. 593 sq.


constat artissima necessitudine cum Herophileis coniunctos fuisse, possunt videri illius artificii adhibendi his auctores fuisse [1]). Sed is vir, a quo Aristoxenus exemplum petivit, etiam propius abest. Ipsum enim Herophilum demonstrari potest formulam quandam artis medicae proposuisse, cuius quasi cardo vertatur in numero ternario. Quod quoniam adhuc ex parte tantum perspectum esse videtur, totam rem quam brevissime exponam.

Galenus t. I p. 307—309 (nam cetera nunc non curo) medicam rationem in artis formam redactam exponit, quam disputationem tabula adiecta repraesentavi. Eam formulam ternarii numeri observantia conspicuam [2]) ex Herophileorum officina petitam esse certum est. Herophilus enim ʿοὕτως ἐτίθει τὴν σύνολον ἰατρικὴν λέγων ἐπιστήμην εἶναι ὑγιεινῶν καὶ οὐδετέρων καὶ νοσωδῶν (Galeni subfig. emp. p. 42, 11 sq. Bonnet.); cfr. Galenus personatus t. XIV p. 688, 11 sqq.: Ἡροφίλῳ δὲ (sc. δοκεῖ), ὅτι ἰατρική ἐστιν ἐπιστήμη ὑγιεινῶν καὶ νοσωδῶν καὶ οὐδετέρων κτέ.; Galenus pers. t. XIX p. 351, 3 sq.: κατὰ

1) Galenus t. IX p. 278, 7 sqq. ἑξῆς δ' ἐστὶν ἐπί γε τῇ τάξει τοῦ λόγου περὶ ῥυθμῶν διελθεῖν, ὑπὲρ ὧν Ἡροφίλῳ μὲν ἐπὶ πλέον εἴρηται τήρησίν τινα καὶ ἐμπειρίαν ἱστοροῦντι μᾶλλον ἢ λογικὴν μέθοδον ἐκδιδάσκοντι. Galenus personatus t. XIV p. 683, 12 sq.: τῆς δὲ ἐμπειρικῆς (sc. αἱρέσεως) προέστησε (scr. προέστηκε) Φιλῖνος Κῷος ὁ πρῶτος αὐτὴν ἀποτεμνόμενος ἀπὸ τῆς λογικῆς αἱρέσεως τὰς ἀφορμὰς λαβὼν παρὰ Ἡροφίλου, οὗ καὶ ἀκουστὴς ἐγένετο (f. ἐγεγένητο); cfr. Wellmannus in Susemihli hist. litt. Alexandr. t. I p. 818 adn. 239. Galenus t. VII p. 554, 14 sq.: . . τῆς τριχρόνου λεγομένης σημειώσεως, ἣν οἱ περὶ τὸν Ἡρόφιλον εἰσήγαγον ὁμοίως τοῖς ἐμπειρικοῖς. Haec τρίχρονος σημείωσις (sc. ἐκ τοῦ προγεγονότος χρόνου, ἐκ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος, ἐκ τοῦ μέλλοντος cf. p. 555) ad Theudae formulam pertinere videtur, qua medicina distribuebatur in σημειωτικόν θεραπευτικόν ὑγιεινόν; itaque in Galeni subfig. empir. p. 41, 31 sq. Bonnet. primum enuntiati membrum intercidisse statuerim.

2) Nam ex ea quoque subdivisione, quae fit bifariam, ordines componi possunt ternorum membrorum, si prima divisio ternaria fuit.

Formula disciplinae medicae a Galeno t. I p. 307—309 proposita.



'Ηρόφιλον· ἰατρική ἐστι τέχνη ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν (cfr. t. I pag. 307, 6) καὶ οὐδετέρων. Quodsi ea, quae t. I p. 308, 13 sqq. leguntur: τὸ δὲ οὐδέτερον αἴτιόν τε καὶ σημεῖον καὶ σῶμα, τό τε ἁπλῶς λεγόμενον καὶ τὸ ἐν τῷ νῦν, τριχῶς ἕκαστον λέγεται· τὸ μὲν τῷ μηδετέρου τῶν ἐναντίων μετέχειν, τὸ δὲ τῷ τῶν (f. τούτων) ἀμφοτέρων, τὸ δὲ τῷ ποτὲ μὲν τοῦδε, ποτὲ δὲ τοῦδε — haec si contuleris cum eis, quae Galenus t. XI p. 421, 15 sqq. tradit: τριχῶς δὲ τῶν οὐδετέρων λεγομένων, ὥσπερ καὶ Ἡρόφιλος διῃρεῖτο, τῶν μὲν τῷ μετέχειν ἴσον ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων, τῶν δὲ τῷ μηδετέρου, τῶν δὲ ⟨τῷ⟩ νῦν μὲν τοῦδε, νῦν δὲ τοῦδε — ipsi Herophilo totam illam formulam vindicabis [1]). Ad Herophilum igitur in numerali illo artificio adhibendo Aristoxenus se applicuisse putandus est quasi patronum; nam quod quaternarium numerum praetulit ternario, trahit sua quemque voluptas.

Quodsi miraris Aristoxenei libri in systematicam et historicam partem divisionem, M. Varronis de philosophia librum in comparationem advocare licet consimiliter adornatum. Nam cum philosophorum 'alii in animo, alii in corpore, alii in utroque fines bonorum ponerent et malorum', ex hac 'tripertita velut generalium distributione sectarum' Varro in illo libro 'tam multam dogmatum varietatem diligenter et subtiliter scrutatus advertit, ut ad ducentas octoginta et octo sectas, non quae iam essent, sed quae esse possent, adhibens quasdam differentias facillime perveniret' (v. Augustinus de civit. Dei XIX, 1): habes partem priorem et systematicam. Idem 'refutatis ceteris' unam elegit Academicorum veterum 'eamque

1) Galeni auctoritatem prae suspecta breviarii fide dignam habui, qua niterer. Nam qui neutra in tres illas partes divisit, non potuit idem solummodo medicamenta neutra dicere — id quod contendit scriptor introductionis t. XIV p. 688, 16 sqq. —; neque enim cogitari possunt medicamenta 'οὔτε ὑγιεινῶν οὔτε νοσωδῶν μετέχοντα'.

sectam . . . sicut dubitatione, ita omni errore carere' statuit (v. ibid.): habes partem posteriorem et historicam [1]). Insignem profecto haec bipartita Varronis disputatio prae se fert Aristoxeneae similitudinem. Etenim priore parte ut Aristoxenus pulsus definitiones quae fieri possent, ita Varro philosophorum sectas quae fieri possent composuit; posteriore parte ut ille Herophileorum ceterorum definitiones vituperavit, suas ipsius tamquam exemplar omnibus numeris perfectum proposuit, ita hic ceteras sectas confutavit, Academicorum veterum placita amplexus est; praeterea idem in utroque subtiliter dividendi studium apparet. Hoc sane interest, quod Aristoxenus historiam scribit adscita ratione, Varro rationem persequitur adscita historia; itaque Varro a placitorum scriptoribus proxime ille quidem, sed abest tamen.

Sed quid ego rivulos consector patente fontis capite? Etenim et ex Varronis et ex Aristoxeni disputatione eorum vox virorum resonat, a quibus omnis placita componendi ratio profecta est, peripateticorum. Quibus cum in more positum esset multiplicem opinionum varietatem generatim comprehendere, antequam de singulis sententiis exponebant, ordines quosdam placitorum percensendorum breviter fere proponebant. Nolo nota nunc repetere Aristotelis et Theophrasti exempla [2]); ad illud festino, quod et novum est et in hac

1) Similia idem tractavit in saturis, v. frg. 402, 483, 484 Buecheler. Auctor horum studiorum ei fuit Antiochus (cfr. Hoyer de Antiocho Ascalonita p. 42 sq.); sed eam, de qua agitur, bipartitionem ad illius exemplum institutam esse non constat. Ceterum epitomes ab Ario Didymo conscriptae dispositionem non sine fructu comparabis (v. Diels Doxograph. p. 72 sqq.).

2) v. Aristot. Physic. I, 2 p. 184 b 15 sqq.; Theophrastus de sensibus 1 sq. 59 sq.; cfr. Diels Doxograph. p. 105. Disputationem similiter adornatam, sed ad Asclepiadem Bithynum deductam Galeno ad manum fuisse puto, cum de usu respirationis commentaretur (t. IV p. 470

quidem quaestione, quae de medicis est, pretiosius ceteris et gravius. Menonem enim, Aristotelis auditorem, eis in voluminibus, quibus medicorum placita primus comprehendit (cfr. Galenus t. XV p. 25 sq.), illum morem tenuisse demonstrari potest. Qui cum ad varias de morborum causis opiniones exponendas aggrederetur, hanc praemisit propositionem: ʻοἳ μὲν . . εἶπον γίνεσθαι νόσους παρὰ τὰ περισσώματα τὰ γινόμενα ἀπὸ τῆς τροφῆς, οἳ δὲ παρὰ τὰ στοιχεῖα'; tum priore loco eorum placita enarravit, qui ad priorem ordinem pertinerent, Euryphontis et Herodici Cnidiorum, Hippocratis, aliorum; altero eorum, qui ab elementis morborum causas repeterent, Platonis, Philolai, aliorum [1]. Ab huiusmodi igitur disputationibus bipartita posterioris scripturae ratio repetenda esse mihi videtur. Nempe quae vetustioribus scriptoribus propositio fuerat, ea amplificata a posterioribus et novo more exculta ipsius disputationis locus evasit, separatus is quidem ac suo distinctus artificio, sed qui primigeniam propositionis naturam quodammodo retineret: ad huius enim normam reliqua disputatio exigebatur.

Ampli operis ab Aristoxeno conscripti unum librum probabiliter restituisse mihi videor; ceterorum nullum deprehendi vestigium. Quos cum similiter adornatos fuisse veri simile sit,

---

sqq.; v. maxime p. 471, 1 sqq. et p. 472, 9 sqq.). Sed in hanc rem peculiariter inquiratur oportet.

1) Sumpta haec sunt ex papyro medica musei Britannici ea, de qua F. G. Kenyo exposuit in ephemeridis, quae inscribitur 'The Classical Review', vol. VI (1892) p. 237—240. Qui quod petenti mihi apographum a se confectum insigni liberalitate transmisit, unde quae vellem excerperem, ex animo viro summo gratias ago. Scriptoris nomen non traditur; disputationis nobis servatae priorem partem e Menonis copiis deductam esse nec Kenyonem fugit (v. l. l. pag. 238) et evincetur a Dielsio; interim cfr. relat. acad. Berol. 1893 p. 103 sq. Graeca verba a me prolata in quarta papyri pagina scripta sunt.

tamen num prorsus eodem modo compositi fuerint, dubito; neque enim quivis Herophileorum doctrinae locus tam subtili rationi commode adaptari potuisse videtur. Sed omnis de his coniectatio in lubrico tota versatur. Verissime autem Polybius: 'ἔννοιαν μὲν', inquit, 'λαβεῖν ἀπὸ μέρους τῶν ὅλων δυνατόν, ἐπιστήμην δὲ καὶ γνώμην ἀτρεκῆ σχεῖν ἀδύνατον'.

Vita.

Natus sum Hermannus Immanuel Schoene Halis Saxonum d. XVIII m. Aprilis a. h. s. LXX patre Richardo, matre Caecilia e gente Haertel, quae mihi parvulo erepta est. Litteris Berolini institutus sum inde ab a. LXXVI in progymnasio et gymnasio regio Guilelmio. Ibi quos benevolentissimos praeceptores nactus sum, Hugonis Gleditsch, Alberti Mosbach iam mortui, Friderici Schlee non obliviscar. Vere a. LXXXVIII maturitatis testimonio instructus in hanc academiam veni, ubi usque adhuc litteris Graecis et Romanis operam dedi, nisi quod militiae annus interiectus fuit Berolini peractus. Docuerunt me v. cl. Buecheler, Elter, Foerster, Iusti, Loeschcke, Martius, Nasse †, Nissen, Usener. Buecheleri et Useneri beneficio in seminarium regium philologorum receptus sum, cuius disputationibus ab illis et Eltero rectis interfui per ter senos menses sodalis ordinarius, per sex menses senior. In seminarium historicum benevole me admisit Nissen. Exercitationibus ut interessem benigne concesserunt epigraphicis et philologis Buecheler, philosophis Elter, archaeologicis Loeschcke, Aristoteliis Martius. Quibus viris omnibus gratiam habeo maximam; in primis vero Buecheleri et Useneri memoriam grato animo semper colam.

Themata.

I. Euripidis Andromachae vs. 276 sqq.

ἦλθ' ὁ Μαίας τε καὶ Διὸς τόκος . . .
σταθμοὺς ἐπὶ βούτα
βοτῆρά τ' ἀμφὶ μονότροπον νεανίαν
ἔρημόν θ' ἑστιοῦχον αὐλάν.

Scribendum est: σταθμοὺς ἐπὶ βούτας; cf. Hippolyti vs. 537.

II. Rufus Ephesius apud Oribasium coll. med. VII 26 (t. II p. 139 Dbg.): ἀλλὰ ἐγὼ οἶδα γυναῖκα τοιούτου ἕλκους ἀπαλλαγεῖσαν καθήραντός τινος τῶν ἐν Κῶι ἰατρῶν τὰ μὲν ἄλλα οὐκ εὐδοκίμου, περὶ δὲ τὴν πόσιν τοῦ ἐλλεβόρου καλῶς γεγυμνασμένου. scrib. est δόσιν.

III. Diocles apud Oribas. coll. med. V 3 (t. V p. 229) τοῦ δὲ χειμῶνος ψύχους ὄντος . . είλίξασθαι ταινίᾳ μακροτέρᾳ . . Διαναπαυόμενον δὲ ἐν τῇ τοιαύτῃ παρηγορίᾳ γινομένου ψύχους ἱκανοῦ μήτε ἀλείφεσθαι μήτε σιτίον μήτε πόμα λαμβάνειν βέλτιόν ἐστι κτλ. scrib. est: ἐν τῇ τοιαύτῃ πορείᾳ.

IV. Quem Galenus περὶ ἐθῶν c. 1 (scr. min. t. II p. 11, 4 sq. Ml.) nominat, Aristotelem Mytilenaeum peripateticum conicio fuisse Alexandri Aphrodisiensis praeceptorem.

V. Aetius Amidenus l. XII p. 11, 10 sq. ed. Costomieris: ἐγὼ δέ, φησίν, (i. Archigenes) μετὰ τὰ προειρημένα καὶ τὸν ἁπλούστερον (scr. ἁπαλώτερον) κλυστῆρα ἐνίημι καὶ δριμύτερον τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ καὶ οὐκ οἶδα εἴ τις ἐπὶ τοσοῦτο ἀτενὴς ἐγένετο ἰσχιάς, ὥστε μὴ εἶξαι τῷ βοηθήματι τούτῳ. Libri praebent ἀγενής aut ἀγενές.

VI. ibid. pag. 18, 18 παρηγοροῦσι δὲ τὰς σφοδρὰς ὀδύνας καὶ πυρίαι αἱ δι' ἐλαίου c. q. sq. scrib. est αἱ δι' ἐλαΐνου cl. Plut. Symposiac. III 9, 3 pag. 658 D.

VII. Lexicon Messanense de iota ascripto (ed. Rabe in Mus. Rhen. vol. XLVII p. 404 sq.) f. 283 v. 24 sq. οὐδ[ὲν] γὰρ οἰμωκτικὸν ἔν[εστι τῶι] ὤμοι [ἀ]λλ[ὰ] ἠθικῶ[ς] κεῖται τὸ μοι.

VIII. Galenus π. ψυχῆς παθῶν pag. 11, 17 Mqdt. εἰ οὖν (ἤ τ' οὖν cod. Laur.) ἐφ' ἡμῖν ἦν γινομένοις (ἢ γενομένοις L.) ἐντυχεῖν τῷ προνοουμένῳ τῆς γενέσεως ἡμῶν, ἐδεόμεθ' ἂν λαβεῖν σῶμα γενναιότατον.

IX. Galenus t. XI pag. 242 K. ἔνιοι βλάπτονται μεγάλως ὑπὸ τῆς ἀσιτίας, ὥσπερ γε καὶ Διόδωρος ὁ γραμματικός· οὗτος γὰρ εἴ ποτε κατά τινα περίστασιν γραμμάτων ἐπὶ πλέον ἄσιτος διετέλεσεν, ἐπιληπτικὸς ἐσπᾶτο. Scribendum est πραγμάτων et ἐπιληπτικῶς. Ad eundem pertinent, quae Galenus t. VI p. 448 sq. et VIII p. 340 sq. narrat; in hoc loco p. 341 recte traditum est ὑπὸ περιστάσεως πραγμάτων.

X. Erravit R. Briau (Revue archéologique 1882, 1 p. 209), cum Xenophontis medici domus imperatoriae Claudio aequalis memoriam a Galeno t. III p. 775 servatam esse contenderet; tangit Galenus, quae in Cyri expeditione IV 5, 12 leguntur.

XI. Galenus t. XI p. 794 πολλὰ μὲν γὰρ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ὑπὲρ αὐτῶν (sc. τῶν φαρμάκων) γέγραπται καλῶς, ἀλλ' ὑπὲρ ἁπάντων . . οὐδενί, πλὴν εἰ Τάνιτρόν τις ἐπαινοίη τοῦ Ἀσκληπιάδου. Sexti Nigri nomen oblitteratum esse perspexit M. Wellmannus Hermae vol. XXIV p. 545; scrib. est τὰ Νίγρου . . τοῦ Ἀσκληπιαδείου.

XII. Galenus de plac. Hipp. et Plat. p. 516, 5 Ml.: τὰ τέτταρα δὲ ἐκεῖνα ζεύγη πρὸς τῷ μηδὲ ὑφ' ἑνὸς ἄλλου λέγεσθαι τῶν ἀνατομικῶν οὐδὲ δείκνυται πρός τινος. ἀλλὰ ἔνιοι μὲν τῶν τιθεμένων αὐτὰ πιστεύειν Ἱπποκράτει φασί, κἂν οὗτοι μὴ δύνωνται δεικνύειν κτέ. scrib. est αὐτοί.

XIII. Galenus t. V p. 831 τί δὴ τούτων ἐστὶ τὸ πρῶτόν τε καὶ ἁπλῶς ἀγαθὸν τοῦ σώματος, οὐδὲν μὲν ἐγείρει, τό γε νῦν εἶναι, λέγειν, ἵνα δὲ μηδὲ τοῦτ' ἐνδέῃ, προσθήσω. Scrib. ἐπείγει.

XIV. Galenus t. XVIII A p. 519: ὅτι δὲ καὶ ἡ τύρσις πύργον σημαίνει μάρτυς ἀξιόπιστος καὶ ὁ Διοκλῆς ὁ Καρύστιος, ⟨ὃς⟩ ταύτην τὴν νῦν εἰρημένην λέξιν (Hippocr. περὶ ἄρθρων t. IV p. 186, 2 sq. Littraei) παραφράζων ἐν τῷ περὶ ἐπιδέσμων βιβλίῳ κατὰ τόνδε τὸν τρόπον ἔγραψεν· ἀνέλκειν δὲ τὴν κλίμακα πρὸς πύργον ὑψηλὸν ἢ οἰκίας ἀετόν (traditur δετόν).

XV. Theodorus Priscianus l. IV in Aldi medicis antiquis f. 315b: quo probatur in seminales vias sanguinem venire, sed earum virtutem (scr. virtute) albescere atque mutatam in se ministrans ire qualitatem. Repono: mutatum in seminis transire qualitatem.